

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 106

Noticia in quorum presentia qui subtertenentur qualiter venientes saerdotes his nominibus, Coruueten et Catuuolon, ex monasterio Ballon ad Nominoe, deprecantes eum ut eis donaret partem ex navibus et ex emptoribus in Balrit. Tunc interrogavit Nominoe si erat rectum illud dare, et iussit misso suo Riuuoret ut congregarentur omnes seniores ex Poliae et ex Bain et ex Rannae et ex Siz, quod ita et fecit; venerunt et ex Poliac: Illoc, Hocar et Haeluucocon, presbyter, Ratuueten, Haehnoini, Risuuoret, Uuinan, Matganoc, Catuueten; et ex Bain: Jarnhatoe, Uurhoiarn, Roenuuallon, Suluual, presbyter, Uuetencar, Arthuuiu, Iarnhebet, Haeldetuid, Maenuuoron; et ex. Siz: Uuetengloeu, Catuuoret,. Cumiau, Greduucocon, Uuallon; et ex. Rannac: Houuen, Iacu, Uuocon, Branoc, Cadlouuen; et interrogati sunt omnes qui debebat accipere teloneum de navibus in Balrit, sive in Busal, et testificaverunt omnes supradicti homines Poliaccenses et Bainsenses et Ziccenses et Rannacenses quod ille qui Bain haberet in potestatem semper accepit teloneum sive mercedem de navibus seu de ementibus, ab illo die quo naves ceperunt navigare in Ult, neque abbas Busal neque abbas Ballon habuerunt ullam potestatem neque de navibus, neque vendentibus, neque ementibus, acceperunt teloneum sive mercedem usque in presentem diem. Factum est hoc in loco nuncupante Peisuentoc, iuxta silvam, adstante Conuuoion monacho et audiente, cui Nominoe mandavaerat ibi adesse, et illi hoc renunciare.